



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**LEGVM PON||TIFICIARVM GRE-||gorij noni, seu
Decretalium pentateu-||chus**

Mesnart, Martin

Parisiis, 1555

xv. De commodato.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63486](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63486)

Lib. III. Tit. XV. & XVI. 110

cantor. Nemo successor antecessoris sui pœna obligatus esto.

Precarium quandiu patietur qui concesserit ^{3. Precarium.} tamdiu vtendum conceditor. Eius cui concessum fiet, non etiam concedentis obitu, aut cum ipsum alicui hoc reuocare volēti alienatum erit soluitor. Per conuentionem huiusmodi res aliena inuito domino ne possidetur. At quæ precariæ de possessionibus ecclesiarum factę erūt pro voluntate concedentium ne reuocantor.

Hæ autem de quinquennio in quinquen- ^{1. Precaria.} nium renouantor.

De Commodato. Tit. 15.

CUM gratia sui tantum quis commodatum ^{1. Cum gratia.} accepit, etiam de leuissima colpa tenetur.

Casus autem fortuitus, ni culpa eius acciderit, pactumve interuenerit, aut in mora fuerit, ipsi ne imputator. Contra eum nisi post usum expletum cuius gratia res commodata fiet commodati ne agitor. Sic homines hominum beneficio iuuantor, non decipiuntor.

De Deposito. Tit. 16.

SI cuius ecclesiæ clericus personæ non eccle- ^{1. Grauis.} się commendatam pecuniam clepserit, rapserit: aduersus eandem ecclesiam, ni in eius utilitatem conuorsa fiet, ad pecuniam restituendam nulla actio esto. in ipsum furem agitor. ipse sub quęstionibus ad rationem ponitor. si oportebit,